

qua iterum quod diu se tenere ipsa corruptiois infirmitas non potest. ad bona rursus opera rediens suauitatis dei memoria pascitur. et foris pijs actibus intus vero sanctis desiderijs nutritur. **P** Sequitur secundum principale. scilicet de gratie affectu quod ex prescripta luctatione consequimur que ibi incipit. Qui cum videret quod eum superare non posset etc. Et hec pars quattuor gratias continet que in verbis propositis per ordinem ponuntur scilicet in nervi arefactione nominis impositione. benedictione. diuine penitentie exhibitione. Primum ibi. tenigit nervum femoris eius et statim emarcuit. Secundum ibi nequaquam vocaberis ultra iacob sed israel erit nomen tuum. Tercium ibi. et benedixit ei in eodem loco. Quartum ibi. ortusque est ei sol postquam transgressus est phanuel quod interpretatur contemplans deum vel facies dei. Est autem phanuel locus in quo luctabatur. sic enim dicitur et vocauit nomen loci illius phanuel dicens. Vidi dominum facie ad faciem et salua facta est anima mea. Si ergo has gratias spiritualiter intellectas consequi cupimus cum in angelo magni consilij id est cum deo luctamen congregiamur quod si vicerimus prescriptas gratias consequimur. quod pene eisdem verbis dicit Gregorius loquens. Et nos si ad parentes proprios id est ad sanctos in celo redire cupimus teneamus in via angelum ut suauitate intus apprehendamus deum. Prima ergo gratia quam deo homines ex hoc luctamine consequuntur. si tamen ipsi perseverando vicerint ut eis dici valeat. Si contra deum fortis fuisti quantum magis contra homines preualebis est nervi contractio et per consequens eiusdem nervi arefactio. per quod nobis innuitur quod per huius luctaminis victoriam. omnis in nobis carnalitas et terrenitas extinguitur et marcescit ut nil talium libeat. sed sicut prius talia delectabat hinc sic modo multo plus delectet carere. et hoc est quod dicit Bernardus. Omnipotens deus cum iam per desiderium et intellectum cognoscit. omnium in nobis voluptatem carnis arefacit. et qui prius quasi duobus pedibus innitentes et deum videbamur querere et seculum se

nere. post agnitionem suauitatis dei vnus in nobis pes tamen remaneat sanus atque alius claudicat. quia necesse est ut debilitato amore seculi. solus in nobis conualescat amorem. Si ergo tenemus angelum vno claudicamus pede. quia dum crescit in nobis fortitudo dei amoris intimi infirmatur proculdubio carnis fortitudo. quia omnis qui claudicat vno pede soli innititur quem sanum habet. et cui terrenum desiderium iam arefactum fuit in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet et in ipso stat. quia pedem amoris seculi quem ponere in terra consueuerat iam a terra suspensum portat. Ut ergo breuiter dicamus habemus carnis et seculi contemptum non reformatum. sed quasi nature coplantatum. non coactum. sed quasi in naturam redactum. ut quod prius fuit delectabile modo sit abominabile et hoc est quod dicit Bernardus. Spiritualis homo corpe suo spiritualiter vices affectionem suam quam habet animalis per vim coactam. rationalis per vim subactam. spiritualis inquam habet illam quasi naturaliter affectam. et vbi ille scilicet animalis habet eam per modum necessitatis ille. scilicet rationalis per modum caritatis. ille scilicet spiritualis habet eam versam in mores. Sed diceret aliquis. Numquid tales maiores sunt paulo qui raptus in tertium celum et rediens sustinuit stimulos carnis. Respondeo quod licet paulus sustinuit stimulum carnis. hoc tamen dispensatue a deo permixtum est ut post tantam gratiam in eo humilitas seruaretur. et ideo non obstante illo stimulo quantum fuit in eo nervus omnis carnalitaris et terrenitaris emarcuit. quia antequam eidem stimulo consensisset mille prius mortibus succubisset. An non credis. quia non solum nervus sed totus ipse emarcuit cum dicebat se mortuum. Quis autem non ego viuit vtro in me christus. vnde dicebat. Jam non operor ego illud sed quod inhabitat in me peccatum.

**LIX De eodem sermone. IIII**  
**N** Equaquam ultra vocaberis iacob sed israel erit nomen tuum. ut supra dicit augustinus. Quisquis habet

caritatem. ut quid illum longe remittimus  
 et videat deum. conscientiam suam attendat  
 et ibi videat deum. **Q**uod expedita ergo  
 utcumque vna gratia quam homo consequi  
 tur post luctamen. scilicet nerui arefactione  
 per quem omnium terrenorum et carnalium  
 affectum diximus emarcuisse. Nunc fuato  
 ordine supra posito dicendum est de nomis  
 mutatione. Sic enim dicitur in verbo pro  
 posito. Nequaquam ultra vocabis iacob sed is  
 rael erit nomen tuum. ac si patenter dicat.  
 Nequaquam ultra. id est in reliquum vocabis  
 iacob. i. luctator cum vicis et concupiscētis  
 sed israel. id est vir videns deum. debes de  
 cetero appellari. Quia extinctis vicis debes  
 in reliquum vacare deo et eius mirabilia con  
 templari. que ordinem in naturis rerū legi  
 mus prefigurati. Nam formica postquam diu  
 reptando laborauit in terra tandem natura  
 applicat ei alas. Ac si dicat ei natura. Nequa  
 quam ulterius reptando laborabis in terra. sed  
 nobiliozem statum viuendi indues volitan  
 do. sic in proposito in eo quod iacob qui lucta  
 tor siue supplantator dicitur tollitur et israel  
 imponitur iubetur a laboriosis operibus ab  
 stinere et contemplatio dei que est mentis quod  
 erudo et amabilis valde dulcedo ei de cetero  
 indicatur. in qua super omnia mundi. delecta  
 bilia delectetur. Verum quia per huius  
 modi nominis impositionem iubemur deum  
 contemplando et speculando in reliquum vi  
 dere. quomodo illud fieri possit et quomodo  
 deus in hac vita videatur. vel si possibile sit  
 videri illud elaborandum est. Nam sacra e  
 loquia sanctorum in hac materia sibi videtur  
 plurimum dissentire. dicitur enim Exodi.  
 Non videbit me homo et viuet. sic etiam moy  
 ses dixit ad dominum. Domine si inueni gra  
 tiam in oculis tuis ostende teipsum mihi. Et  
 respondit dominus. Non potes videre faci  
 em meam. non enim videbit me homo et vi  
 uet. Item iob xxxiij. Abscondita est sapien  
 tia ab oculis omnium viuentium. Item iobā  
 nis. Deum nemo vidit unquam. Qui omnes  
 in hoc consonant quod deus videri non valeat  
 in hac vita. Cuius contrarium multis testi  
 monijs edocetur. dicit enim Jacob Geni. ut  
 supra. Vidi dominum facie ad faciem et sal

ua facta est anima mea. Vidi iob di. Audi  
 tu auris audiui te. nunc oculus meus videt  
 te. Vidi ysa. vi. di. Vidi dominum sedentem  
 super solium excelsum et plena erat omnia ter  
 ra maiestate eius. Vidi Mich. dicit. Vi  
 di dominum sedentem super solium suum. et  
 omnem exercitum celi assistentem ei a dextris  
 et a sinistris. Sic patet quod sunt aliqui qui asse  
 runt deum posse videri. et aliqui qui affir  
 mant eum nullatenus posse videri. quorum  
 controuersiam vnus ex eis ysa. videlicet dis  
 cuit. dicens quid et quomodo videatur. Cui  
 enim diceret. Vidi dominum sedentem etc.  
 subiungit. Et ea que sub ipso erant replebat  
 templum. Quod exponens Gregorius di.  
 Nos templum dei sumus. in quorum men  
 tibus habitare dignatur. sed ea que sub ipso  
 erant replebant templum quia quicquid de  
 illo modo conspiciatur. hoc non est ipse sed sub  
 ipso est. Ea ergo que sub ipso erant implent  
 templum. quia cum mens in contemplati  
 one profecerit. non iam quod ipse est. sed il  
 lud quod sub ipso est contemplatur. quoni  
 am et si angelus apparet infirme tamen me  
 nis desiderio satisfaciatur. Unde quecumque eius  
 misteria sic rapim conspiciamus iam multum  
 est quod super nosmetipsos leuamur vnde  
 subiungit. Quid est quod patres veteris testa  
 menti deum se vidisse testati sunt. cum tamen  
 deum videre non posse alij constanter affir  
 mant. nisi hoc quod patenter datur intelligi.  
 quamdiu hic mortaliter viuatur videri per  
 quasdam ymagines deus potest. sed per ip  
 sam nature sue speciem non potest. anima  
 gratia spiritus sancti afflata. per figuras quas  
 dam deum videat. sed ad ipsam vim eius  
 essentie non pertingat. Quamdiu ergo in  
 hac mortali carne viuatur nullus ita in con  
 templationis virtute proficit. ut in ipso iam  
 in circuitu scripti luminis radio mentis ocu  
 los infigat. Neque omnipotens deus iam in sua  
 claritate conspiciatur sed quiddam sub illa spe  
 culatur. vnde anima refecta proficiat et per  
 ad visionis eius gloriam pertingat. Quid est  
 ergo dicere. Anno quo mortuus est osias Vi  
 di dominum se. su. so. ex. et eleuatum et plena erat omnia  
 terra maiestate eius. et quod sub ipso erant replebat tem  
 plum. nisi quoniam modi elatio per superbum et presump

## Sermo

ptorem regem. **S**yam designatam a desi-  
derio mentis occiditur et moritur. tunc vi-  
demus dñm. hoc est tñc mēs nra dei gloriā  
prēplatur. **Q** autē super solū excelsum ele-  
uatū sedisse dñ. hūanā creaturā et animā ra-  
tionalem cui per intellectū deus p̄sident sig-  
nat iuxta illd̄ Sap. **A**ia iusti sedes est sapi-  
entie. que per dei p̄ntiā ad videndā ei⁹ glo-  
riā eleuatur. sic em̄ dicit Gre. humana crea-  
tura solium excelsum et eleuatū dñ. qz ad ce-  
lestē gloriā eleuata pficit. **Q** autē subiungi-  
tur. **E**t plena erat omnis terra maiestate ei⁹  
hoc intendit. qz anīa sic visitata tanta abun-  
dantia gratiarū illustratur. qz etiā in corpū  
qd̄ est terra redundat. qd̄ etiā ad sensum se-  
pius est p̄ceptū. **Q**uid autē sit templū. gre.  
uerū insinuat dicēs. **T**emplū eius hoc ē qd̄  
solium. quia eternus rex ibi hītat vbi sedet  
**N**os ergo templum xp̄i sumus in quoz mē-  
tibz hītare dignatur sed ea que sub ip̄o erāt  
replebant tēplum qz quicquid de illo mo-  
do p̄spicimus adhuc nō est ip̄e. **S**ic iacob  
vidit angelum et vidisse se deū fatetur. quia  
cū mysteria eius p̄spicimus iam multū est  
sup nos mētibz leuamur. **R** **U**erū  
qz nec ysa. nec grego. explicāt quid sit illud.  
qd̄ sub ip̄o existēs impleat tēplum. i. anīaz  
ysa. n. solum dicit qz ea sub ip̄o sunt. et gre.  
exponēs hoc nil aliud dicit. nisi qz ea que sub  
ip̄o erant est quiddā qd̄ nō est ip̄e. **E**go at̄  
curiosus explorator cupiens scire quid sit il-  
lud. in diuersis diuersa legi et nō inueni ab  
aliquo doctorū moraliter explanatū. **P**ro-  
pter qd̄ o lector si n̄ dedignaris accipe mediū  
sensum. nisi et tu inueneris meliorē. **D**eus  
vt ait **M**oyse ignis p̄sumēs est. de⁹ vt ait  
ioban. caritas est. **D**eus ergo fm̄ ambos ē  
ignea caritas. qui cū ad animā venerit. ip̄az  
ex sui p̄ntiā calefacit vt et ip̄a ignea caritate  
ardere incipiat. **I**lla ḡ inflāmata caritas q̄ ex  
di p̄ntiā accidit anīe. meo iudicio saluo me-  
liori est illud. qd̄ ysaias vocat sub ip̄o esse. et  
implere templum. et quod Gre. vocat. non  
esse id qd̄ est deus. **C**aritas ergo que afficit  
animā sub illa caritate est que est deus. nec  
etiā est deus qd̄ expresse declarat bern̄ dicēs  
**R**ecte caritas deus et dei donū est. itaqz cari-  
tas dat caritatē substantiā accēntalem. vbi

dantē signat nomē est substantie vbi donū  
nomē qualitatis. **Q**d ergo Bern̄ vocat. ca-  
ritatē accidentalem. hoc dicit ysaias. esse sub  
deo et implere templum. et gre. quiddā esse  
qd̄ nō sit deus. **I**te deus veritas est ip̄o dice-  
te iobā. **E**go sum via veritas et vita. qui cū  
ad animā venerit sua veritate illustrat anīaz  
ad cognitōez et sapientiā et talis illustratio il-  
luminās animā. est illud qd̄ **E**sa. di. eē sub  
deo et implere tēplū et gre. quiddam esse qz  
nō sit ip̄e. **S**imiliter deus est dulcedo iuxta  
illud Sap. xvi. **S**ubstantiā tuā et dulcedi-  
nē tuā quā in filios habes ostendebas. hoc  
autē dulcedo cum afficit animā ex sui p̄senti-  
tia ad dulcorē. talis dulcor est sub ip̄o et non  
est deus. primū fit a patre. fm̄ a filio. terciū  
a spiritu sancto. **Q**uod adhuc per similitu-  
dinē possumus declarare. **T**res virtutes p̄-  
cedunt a sole. scz v̄t⁹ calefactiua. illuminati-  
ua et fructificatiua. et nil horū est sol. s̄ sunt  
sub sole. dicimus tñ p̄muni modo loquēdi  
**V**ideo solem cui videmus splendorē in pa-  
riete. vel sol v̄rit me. cum hoc immediate n̄  
faciat. sed ardor solis. **S**ic fit per omnem  
modū cū deus per subiectā creaturā aparuit  
patribz qui dixerunt se vidisse deum. cum  
tamen creatura media v̄t⁹pore angelus exte-  
rioribus sensibz se obijceret vel aliqua ima-  
ginatoria species interioribus sensibus apa-  
reeret. **N**am de primo dicitur Genesis. cum  
iacob luctans cum angelo dixit. **V**idi domi-  
num facie ad faciem et salua facta est anima  
mea. **D**e secunda dicit **B**ernardus **C**um  
diuini aliquid rapim⁹ et veluti in velocitate  
chorusci luminis interfluxerit menti spiritu  
excedenti siue ad temperamentū nimī splē-  
doris. vel ad doctrine v̄sum continue nescio  
vnde assunt imaginatorie qdā rez inferior  
similitudines infusis diuinitus sensibus p̄-  
uenienter accommodate. quibus adumbrat⁹  
splendidissimus veritatis radius et ipsi ani-  
me tolerabilior fiat. et quibus illum cōmu-  
nicare voluerit capacibilior fiat. nec solum  
has duas apparitiones. sed nec purissimū  
diuini nominis splendorē qui rapim⁹ q̄si  
illuxerit dicimus esse deum. **Q**uicquid enī  
ab anima percipitur in eo qz percipitur non  
est de⁹. vñ antiqui sancti q̄ habuerit sine scīa

simpliciter sanctitatem crediderunt et dixerunt  
 talem gratiam quam raprim in contemplatione  
 senserunt esse deum. quod in libro Sinarum  
 habetur pro articulo condemnato. **T**  
 Tercio fuit ordine longe ante posito dicitur  
 dum est de benedictionis assecutione quam  
 sancti homines ex premisso luctamine asse-  
 quuntur. sic enim dicitur in premissis themate.  
**D**imitte. n. me inquit Angelus ad Jacob  
 iam enim ascendit auroza. **R**udit non dimittam  
 te nisi benedixeris mihi. **S**equitur et benedixit  
 ei in eodem loco. **S**ic angelus magni filij  
 deus post luctamine beate preplationis bene-  
 dicit hominem ad omnes sanctitatem vite eius  
 que nunc est pariter et future. **B**enedicitur autem  
 ad tria. scilicet ad meritorum multiplicandorum. virtu-  
 tum vegetationem et ad sanctitatis perfectorem.  
**P**rimo dico benedicitur homo ad meritorum  
 multiplicandorum quod post victoriam predictorum lu-  
 craminum tam grati est deo et accepti homini victo-  
 res. ut omne quod agunt vel etiam patiuntur eis  
 in meritum computetur. ut dicatur eis illud **E**ccl.  
**S**ede comede in gaudio panem et bibe vinum  
 in leticia. quod deo placent opera tua. ac si dicat  
**S**i sedere. i. quiescere comedere et bibere quod  
 secundum corpus delectantur et placet. multoma-  
 gis omnia alia ad magna merita computantur.  
**C**um enim homo primum placet tunc per primum  
 omnia sua placent. **N**am ut ait **G**en. **N**oabel  
 placuit ex munere. sed munus placuit ex abel  
 de hac benedictione dicitur **G**en. i. **B**enedixit  
 deus illis et ait. **C**rescete et multiplicamini et re-  
 plere terram. hinc **E**ccl. xi. **B**enedictio dei in  
 mercedem iusti festinat et in honore veloci pro-  
 cessus illius fructificat. **I**tem ad corinthios. **Q**ui  
 administrat semen seminanti et panem ad manum  
 ducendum prestabit. multiplicabit semen  
 nostrum et augetur incrementum frugum iusticie ve-  
 stre. **S**ecundo beneduntur hi victores ad  
 virtutum vegetationem. cum enim in spirituali sta-  
 tu nemo possit proficere nisi virtutibus nobili-  
 tetur. ideo hec secunda benedictio est necessa-  
 ria ad salutem. ex cuius efficacia virtutibus ve-  
 geramur. **S**ic enim dicit **B**ernardus. **D**eus virtutum  
 nequaquam mentis thalamum ingreditur nisi le-  
 ctulus scientie fuerit virtutibus adornatus  
 et subiungit. **Q**uanti libet te affliges non da-  
 bit copia tui nude anime non insidet nisi vir-

tutum vestibus interiectis. **D**e hac benedicti-  
 one dicit in psalmo. **B**enedictionem dabit legislator  
 ibunt de virtute in virtute. **B**erardus. **D**icit et scire  
 vite locus in anima esse non poterit nisi medij  
 interiectis vestibus domini. n. lessuro super asel-  
 lum vestes suas discipuli subtrauerunt signa-  
 tes deum nequaquam nude anime insidere. quare  
 non inueniret et vestimenta virtutum et moribus  
 apostolorum. **T**ercio beneduntur tales victores  
 ad plenam sanctitatis perfectionem que ex meritis  
 precedentium bonorum ita copiosa erit suffici-  
 ens et perfecta. ut ex virtute eiusdem benedicti-  
 onis omnia que sunt hominis se disponet et omnet  
 ad perfectionem. **D**e hac benedictione dicit **E**ccl.  
 xxx. domini benedictio quasi flumen inundans. **S**  
**S**equitur quartum principale longe ante positum  
 scilicet de diuine penitentie exhibitione. quod  
 in eo quod subiungitur in predicto thema-  
 te intelligitur cum dicitur. **O**rumque est ei statim sol-  
 da. **Q**uia post predicta quatuor luctamina si non  
 strenue vicerimus oritur nobis sol iusticie  
 ipse deus noster. non quod deum prius non habue-  
 rimus cum sine eo penitus nihil possumus  
 sed quod nobis modo oritur cum flagrantis amo-  
 rosa dilectione luminosa cognitione et quantum  
 possibile est in hac vita gratiosa fructione ut ad  
 manum habeamus semper deum ineffabili dulce-  
 dine. nunc primum plenus deo obsequium persol-  
 uentes iuxta illud **E**ccl. **C**um presummaue-  
 rit homo tunc incipit et cum quiescit tunc ope-  
 rabitur. expectans cum gaudio vocatorem suam ope-  
 rante iesu christo.

LX De sancto petro ad vincula.

**R**at petrus dormi-  
 ens inter duos milites **A**truum.  
 duodecimo. **D**icit **G**regorius. **R**es gesta  
 aliqd in sancta ecclesia signat gerendum. **S**ic  
 quippe necesse est ut audiamus que facta sunt  
 quatenus cogitemus que nobis sunt ex eor-  
 um imitatione facienda. **H**oc ergo festum  
 quod ad vincula petri dictum est. ad hoc institu-  
 tum credimus. ut per viculatores de peccatorum  
 promoueamus et per eius liberatores quod et nos  
 liberari possimus instruamus. **R**es ergo gesta  
 de petri liberatores breuiter est tangenda ut per  
 eam quodam similitudine ad peccatorum liberatores iu-  
 sto ordine veniamus. **U**lla autem bistro. tangit